



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtru[m] semel comedere requiratur ad ieiunium? 6

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

ep. 86 pa
rū a pri.
to. 2.

refertur
d 76 ca.
utinam.

711
4 d 8 q.
1. a. 4. q.
2. ad 2.
q. d. 15.
q. 2. a. 4.
q. 1. per
tot. et q.
2. cor.
* a 2. et
2. huius
quasi.

pore, nec etiam in diebus dominicis, in quibus si quis ieiunaret cōtra consuetudinem populi Christiani, quæ, vt * August. dicit, est pro lege habenda: vel etiam ex aliquo errore (sicut Manichæi ieiunant, quasi necessarium tale ieiunium arbitantes) non esset à peccato immunis: quamuis ipsum ieiunium secundum se consideratum omni tempore sit laudabile: secundum quod * Hier. dicit ad Lucinium, Utinam omni tempore ieiunare possemus.

ARTIC. VI.

Verum requiratur ad ieiunium, quòd homo tantum semel comedat?

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd non requiratur ad ieiunium, quòd homo tantum semel comedat. Ieiunium enim, vt * dictum est, est actus virtutis abstinentiæ: quæ quidem non minus obseruatur debitam quantitatem cibi, quàm comestionis numerum. Non autem taxatur ieiunantibus quantitas cibi. Ergo nec numerus comestionis taxari debet.

¶ 2 Præterea, Sicut homo nutritur cibo, ita & potu. Vnde & potus ieiunium soluit. Propter quod non possumus post potum eucharistiam accipere. Sed non est prohibitum quin pluries bibamus diuersis horis diei. Ergo etiam non debet esse prohibitum ieiunantibus quin pluries comedant.

¶ 3 Præterea, Elecuaria, quidam cibi sunt: quæ tamē à multis in diebus ieiunij post comestionē sumuntur. Ergo vnitas comestionis nō est de ratione ieiunij.

SED contra est communis consuetudo populi Christiani.

RESPONDEO dicendum, quòd ieiunium ab Ecclesia instituitur ad concupiscentiam refrænandam: ita tamen quòd natura saluetur. Ad hoc autem sufficere videtur vnica comestio, per quam homo potest & natura satisfacere: & tamen concupiscentiæ aliquid detrahit, diminuendo comestionum vices. Et idē Ecclesia moderatione statutum est, vt semel in die à ieiunantibus comedatur.

Ad

Ad primum ergo dicendum, quod quantitas cibi non potuit eadem omnibus taxari, propter diuersas corporum complexiones: ex quibus contingit, quod vnus maiori, alter minori cibo indiget. Sed, vt plurimum, omnes possunt naturam satisfacere per vnicam comestionem.

Ad secundum dicendum, quod duplex est ieiunium. Vnum quidem naturam, quod requiritur ad eucharistiam sumptionem. Et hoc soluitur per quemlibet potum, etiam aquam, post quem etiam non licet eucharistiam sumere. Est autem aliud ieiunium Ecclesiam, quod dicitur ieiunium ieiunantis. Et illud non soluitur nisi per ea, quae Ecclesia interdiceret intendit instituendo ieiunium. Non autem intendit Ecclesia interdiceret abstinere potus, qui magis sumitur ad alterationem corporis, & digestionem ciborum assumptorum, quam ad nutritionem, licet aliquo modo nutriat. Et ideo licet pluries ieiunantibus bibere. Si autem quis immoderate potu utatur, potest peccare, & meritum ieiunij perdere: sicut etiam si immoderate cibum in vna comestione assumat.

Ad tertium dicendum, quod electuaria etiam si aliquo modo nutriant, non tamen principaliter assumuntur ad nutrimentum, sed ad digestionem ciborum. Vnde non soluunt ieiunium: sicut nec aliarum medicinarum assumptio, nisi forte aliquis in fraudem electuaria in magna quantitate assumat per modum cibi.

ARTIC. VII.

Utrum hora nona conuenienter taxetur ad comedendum his qui ieiunant?

AD septimum sic proceditur. Videtur, quod hora nona non conuenienter taxetur ad comedendum his qui ieiunant. Status enim noui testamenti est perfectior, quam status veteris testamenti. Sed in veteri testamento ieiunabant vsque ad vespeream. Dicitur enim Leuitici 23, Sabbatum est, affligetis animas vestras. Et postea sequitur, A vespere vsque ad vespe-

712

4 d. 15. q.

3. ar. 3.

q. 31